

## **De arte et vero modo praedicandi / [Thomas].**

### **Contributors**

Thomas, Aquinas, Saint, 1225?-1274.  
Morris, William, 1834-1896

### **Publication/Creation**

[Strassburg] : [H. Knoblochtzer], [1480?]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ejpgcc66>


### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>





FROM THE LIBRARY  
OF WILLIAM MORRIS  
KELMSCOTT HOUSE  
HAMMERSMITH

938.4

Case 5. d. 10

CASE 5. d. 10

Aquinas (Thomas de)

1173 Tractatulus Solennis de Arte et vero modo Predicandi ex diversis  
sacrorum doctorum Scripturis et principaliter Thomae de Aquino,  
*semi-gothic letter, long lines (10 ll.) without marks, ornamental woodcut  
initials sm. fol. absque nota [Argent. Knoblochzer, c. 1480]*


Hain 1356  
Not in Proctor  
Pellechet 1969

4  
938.4



23. 6. 5249







Tractatulus solennis de arte et vero modo predicandi ex  
 diuersis sacrorum doctorum scripturis .et principaliter sa-  
 cratissimi christiane ecclesie doctoris Thome de Aquino.  
 ex paruo suo quoda tractatulo recollectus. vbi scdm modū  
 et formam materie presentis procedit.



Communicaturus meis desiderantibus  
 hoc qđ de modo predicādi ad populos  
 multos p labores donauit altissimus. qđ  
 dat omne bonū sed nō p cornua thaur.  
 Hinc igitur ipsis trado libellum d hac  
 arte compendiosum ex diuersis doctōr.  
 sacrorum libris laboriose compilatum.  
 Vnde non sufficit habere scienciam aut  
 faciēdiāz predicabilium ad recte viteqz  
 predicādum. verum etiā ars requiritur  
 et modus. Vnde grego. in principio sui pastoralis. In verbo di cō-  
 sistit ars. Et licet ydoneus modus predicandi donum dei sit qui  
 dat euangelizātibus verbum virtute multa. Arte tamen 2 doctri-  
 na vt dicit. S. Augustin⁹. Hoc donum multipliciter adiuuatur. Ni-  
 hil enim presumptuosius qđ antea docere anteqđ docendi mod⁹ di-  
 dicisse. Vnde Tullius secūdo rethorice. Non sufficit habere quod  
 oportet dicere sed requiritur ipsum negociū dicere prout qualitas  
 auditoris exigit 2 requirit. Quō autem diceret quis. nisi sciat mo-  
 dum sciendi quo oportet dicere. Similiter. S. Aug⁹. de doctina  
 christiana dicit. Non que dicuntur sed modus quo dicuntur. ille  
 primo accēdit auditores et inflammat corda qđ attēdencium et audi-  
 encium penetrat. Quomā dicit Gregorius. Via domini ad cor di-  
 rigitur cū doctina veritatis auditur. Vnde audit⁹ verbi dei ē via  
 conuersionis a peccato. Cibus mentis est sermo dei. Tante nanqz  
 virtutis est predicatō qđ reuocat ab errore ad veritatē. a vicijs ad  
 virtutes. praua mutat in recta. et aspera conuertit in plana. In-  
 struit fidem. erigit spem. inflammat caritatem. euellit nociua. plan-  
 tat vtilia. et fouet honesta. Est enim via vite. scala virtutū. 2 ianua  
 paradisi. Quappter non fit ars tantum. sed ars artium sciēcia sciē-  
 ciarum. Guilhelmus patisien⁹ in approbatione et recōmendatōne



artis predicandi dicit. Cum enim tot volumina rethorū de manu rethorica sunt scripta. Nonne multo magis dignum et iustum est. ut tractetur ars et doctrina de predicatoria manu. ut erit homo rethor diuinus cum tamen non sit comparatio orationis rethorice ad hanc orationem predicatoriam in ipsius fructu & utilitate. Est igitur predicatio verbi dei conueniens et congrua dispensatio.



Vnt autem predicationū communiter sumptae tres species. vna est in verbo de qua dicitur. Ite predicate euangelium omni creature. Alia que ē in scripto. Vnde predicasse dicitur apostolus corinthijs quādo eis epistolas scripsit in quibus erat verbum dei. Alia que est in facto. Vnde dicit gregorius. Omnis christi actio ē nostra instructio. Nam summus ille magister dominus noster ihesus. ut sue nihil deesset doctrine. utroque modo studiosissime instruere curauit. ope videlicet & sermone. Sicut scriptum est de eo actuum primo capitulo. Cepit ihesus facere et docere. primo primo facere & postea docere. ad denotandum quod hodie quisque predicator fidelis tenetur predicare ope deinde sermone. Vtinam autem quispiam predicator diligens hodie talis christi ihesu fieret imitator ut non solum predicaret verbo. sed etiam opere. Vnde leo papa. Plenus est opere docere quam voce. Efficax enim modus predicandi est vite concordia cum doctrina. Gregorius. Cuius vita despicitur restat ut eius predicatio contemniatur. At restoriles in ethicis. Cum sermonibus dissonant opera contempti erunt. Bernhardus in quodam sermone. Tunc quoque semen dei facile germinat. quādo hec in audientis pectore predicatio pietas rigat. Ad hec enim nisi me fallit opinio iuste et recte viuendum est predicatori. ne dicta sua repugnantibus factis euacuet. Paulus. Nihil audio loqui eorum que per me non afficiunt. Christus reputans veretundum predicare vel docere que neglexit facere.

Sequitur diffinitio predicationis.





**D**e predicatio verbalis vel vocalis De q̄  
hic loquimur. Est manifesta 2 publica instru-  
ctio fidei 2 morum hominum informationem  
deseruiens ex rationum semita et autorita-  
tum fonte procedēs. Erit igitur predicatio  
manifesta. quoniam si esset occulta suspicio-  
sa esset 2 videretur recludere heretica do-  
gmata. Erit enim publica. quia non vni sed  
pluribus preponenda est. Si enim tantum  
vni preponeretur non esset proprie preditatio sed doctrina. Per h<sup>o</sup>  
enim q̄ dicitur predicatio ē instructio fidei 2 morum. Insinuantur  
due partes theologie quibus in predicatione est vtendum. scilicet  
rationalis que diuinis scienciam prosequitur. Et moralis que mo-  
rū informationem pollicetur. Predicatio em̄ nūc in diuinis instruit  
nunc in moribus. Quod figuratur per angelos descendentes et  
ascendentes in sca la quos vidit iacob. Angeli nanqz tales mystice  
sunt doctores qui tunc ascendunt quando celestia predicant. tunc  
vero descendunt quando per mortalia se conformant. Causa vero  
efficiens sermonis est duplex. scilicet principalis 2 instrumentalis  
Principalis causa vniuscuiusqz sermonis est deus gloriosus. Ideo  
fit oratio ad deum vt lingua predicantis moueatur tanq̄ ab agen-  
te. et sic predicator habet se tanq̄ causa instrumentalis. Item  
ars predicandi est sciencia docens de aliquo aliquid dicere. Sub-  
iectum artis illius est verbum dei. Subiectum autem sermonis est  
intentio predicantis. et cetera. Predicatoris gesta sic fieri pos-  
sunt. Si sermo fit de aliqua autoritate biblie vel sanctorum tunc  
valide predicandū est vt valenter exeat de ore predicantis. et in  
cor resideat audientis. Vnde aliquando conandum est vt predi-  
cator loquatur quasi cum admiratione. vt ibi. Nonne tacui. nonne  
dissimulaui. Aliquādo cum dolore 2 lamentatione. vt ibi. Absolon  
fili mi absolon. Aliquādo cum hortore et commotione. vt ibi. Nisi  
conuersi fueritis 2 cetera. Aliquādo cū proma 2 derisione. vt ibi  
Adhuc permanes in simplicitate tua. Aliquādo cum gratia vul-  
tus et manuum attractione. vt ibi. Venite ad me omnes 2 cetera.  
Aliquādo cum quadam elatione. vt ibi. De terra longinqua vene-  
runt ad me. Aliquādo cū tedio 2 indignatione. vt ibi. Constituam?



nobis ducem. et cetera. Aliquando cum gaudio et manuum eleuatione. ut ibi. Venite benedicti. Aliquando cum odio et vultus auersione. ut ibi. Ite maledicti. et cetera. Et sic predicator debet se conformare gestui. quem credendum est christum habuisse quando dixit Soluite templum hoc ponendo manum super pectus et respiciens templum. Ex his et sequentibus quisque predicans faciliter recolligere potest et acquirere gesta arte veram et modum que sunt tanquam instrumenta ipsum in operando dirigentia. Quia non repugnat aliquem plura et alia multa scire videlicet modum ignorare posse. et pauca sunt et modica illa que scimus respectu illorum que ignoramus.



**T**hema est principium sermonis. Ad quod plura requiruntur. Primo quod sit de biblia sumptum. quod habeat sensum perfectum. Non incongruum. Non nimis longum. Non nimis breuem. Bene quotatum de terminis predicabilibus ut sunt omnia verba. participia et cetera. Item thema est prelocutio facta pro approbatione terminorum predicabilium in themate positorum. aut auctoritatibus biblie atque doctorum cum introductione auctoritatum philosophie per aliquam similitudinem moralitatem. aut proverbium siue naturale. Item quicquid dicitur in themate et eius diuisione thema vocatur. quia diuisio thematis est ipsum thema met. Nam ex themate procedunt diuisiones tanquam ex radice. ut patet in arbore. et ideo thema vocatur. Notandum quod quattuor sunt partes sermonis. scilicet thema. prothema siue prelocutio. diuisio vel distinctio. subdivisio vel subdivisio. Et in istis accidunt duo scilicet deductio harum partium predicatum et hoc per probationes. syasiones virtutum. et viciozum fuga.



Vicia ser  
monum.

Ignorancia predicantis  
Infacundia  
Nimia clamorositas  
Somnolenta locutio  
Digitorum demonstratio  
Capitis iactatio  
Digressio remota

Item prelocutio  
etiam potest fie-  
ri ex autoritatis  
bus adductis cir-  
ca thema. exem-  
pligratia. Acci-  
piatur istud the-

ma. O mors q̄ amara est memoria tua. Nam prelocutio istius the-  
tis potest sumi ex certis autoritatibus psalmiste. Mors peccatorū  
pessima. Regum. Amaritudo mea amarissima. Ecclesiastici. Memo-  
rare nouissima tua et in eternū non peccabis. Salomon. Nihil cer-  
cius morte. nihil incertius hora mortis. Augustinus. Omnium ter-  
ribilium terribilissimum mors. et autoritas philosophi. Ergo dicit  
sapiens. O mors q̄ amara est memoria tua. Hec fuerūt verba the-  
matis preassumpti. Deinde ponatur thema cum suis diuisionib⁹  
et subdiuisionibus. Post hoc inuocatio spiritus sancti per orationez  
angelicam. Que maria. 2 cetera. Deinde expediendo partes post  
inuicem diuidendo 2 subdiuidendo.

#### Diuisio prima

Duplex est mors. spiritualis. corporalis. Spiritualium alia virtuo-  
sa. Alia damnosa. est subdiuisio primi membri. De prima dicit⁹. Mor-  
tui estis 2 vita vestra abscondita est cum christo in deo. De se-  
cundo dicitur illud ap̄stooli. Beatus qui liberatus fuerit a morte  
secunda.

#### Subdiuisio secundi membri.

Corporalium alia naturalis. Alia violenta. De prima dicitur illud  
regum. Omnes morimur et velut aque delabimur. De secunda di-  
citur illud hieremie. Morte turpissima condemnemus euz. The-  
ma istud ad propositum nostrum est quia dimisso euangelio in eo  
committitur prelocutio per certas autoritates. Et post prelocu-  
tionem fit diuisio thematis. Et deinde subdiuisio partium princi-  
palium thematis sicut patuit exemplariter. Stāte nunc thema-  
te. prelocutione. diuisione. 2 subdiuisione thematis sermo adhuc n̄  
est perfectus. nisi quelibet pars principalis multiplicetur p̄ alias  
materias videlicet per autoritates adductas. quia alias sermo ni-  
mis breuis et simplex fieret. Propterea dandi sunt certi modi



per quos vt communiter omnis sermo habeat prolongari.  
Item notandum q̄ materia principalis omnium sermonum p̄mo-  
tocius sacre scripture sunt ista decem. Deus. diabolus. ciuitas su-  
perna. infernus. mundus. anima. corpus. peccatum. penitencia. v̄-  
tus. Hec quidem pauca sunt 2 modica respectu multitudinis sermo-  
num. Sed ipsa dilata secundum exigenciam auditorum crescunt  
quali in infinitum et cetera.



Odi vero prolongandi sermonum habent fi-  
eri nouem modis. Primo per concordancias  
autoritatum. Secundo per verborum discus-  
sionem. Tercio per reru proprietates. Quar-  
to per multiplicem expositionem siue multi-  
tudinem sensuum. Quinto per similitudines  
et naturalia. Sexto per oppositi assignatio-  
nem videlicet correctionum. Septimo p̄ cō-  
parationes. Octauo per nominis interpretationem. Nono per sino-  
nimorum multiplicationem. Et modi isti etiam patent per ordi-  
nem in arborē conscripta in fine materie presentis. Postq̄ autem  
fit expositio; vniuscuiusq; modi per ordinem cum suis materijs et  
exemplis tunc erit finis materie presentis.

Item sermo primo prolongatur  
per concordancias autoritatum.

Concordancie autoritatum sunt triplices. videlicet biblie. autori-  
tatum sanctorum. et philosophorum moralium.

Item concordancie autoritatum sumuntur tripliciter. videlicet ab  
eodem. a simili. 2 a contrario. Ab eodem vt ibi. Iustus vt palma flo-  
rebit. De eodem. Iustus florebit sicut lilium. A simili. vt Iustus  
hec bona habet. ideo q̄ est fortis 2 prudens. Et quia facit bona  
opera ideo premiabitur. De contrario dicitur. Iniusti autem mala  
faciunt ideo puniuntur.

Secundo sermo prolongatur per discussionē verborum. et cetera.  
Et debet fieri discussio verborum tam in themate q̄ etiam in auto-  
ritatibus adductis. Quando enim predicator vult discutere verba



Christi auctoritatis alicuius. Primo debeat attendere quot clausulas habeat auctoritas. et ordinem clausularum seu verborum. Quando enim auctoritas habet plures clausulas. tunc predicator attendere debet an possit aliquam illarum ad aptitudinem ad numerum virtutum. viciorum vel ad partes penitentie. Et ista discussio verborum potest etiam fieri per diffinitionem siue descriptionem nominis assumpti in thēmate. Verbigratia. Psalmista. Iustus vt palma florebit in domo domini. Possum discutere 2 querere quis sit iustus et respondere. Qui reddit unicuique quod suum est. scilicet deo. p̄latis. dominis. et hominibus. Deo gratiarum actionem. Dominis debitam reuerentiam et obedienciam 2 huiusmodi. Iterum possum discutere verba ulterius et querere Quid domus. quid palma. q̄d dominus. quid domus domini. Similiter quid bonum. quid honestum. et sic de alijs. Hec incidunt in discussione omnium thēmatū siue aliarum auctoritatū in sermone adductarum.

Item ponatur istud thēma.

In paciencia vestra possidebitis animas vestras. Luce. xxj. Jam possum discutere 2 querere quis sit paciens. et quid sit paciencia. Et respondere. Paciencia est dissimulatio illate inimicicie. Et ista dissimulatio est silentium oris a murmure et obscuro sermone. Et est quies cordis ab odio 2 rancore. Similiter ibi. Omnis homo mēdax. Omnes declinauerunt in vnum. Possum discutere sic 2 querere Qui sunt tales. et respondere laici. p̄lati. subditi. claustrales. et seculares. et cetera. Et ista discussio potest dici totius in quantitate. id est de tota auctoritate in partes. vt ibi. laici. p̄lati. subditi claustrales. et cetera.

Potest etiam fieri discussio  
verborū p̄ argumētationē.

Siue per ratiocinationem a maiori vel a minori. A simili. ab oppositis vt contraria affirmatio vel negatio. Vel relative vt priuatio 2 habitus. Similiter a laude vel vituperio. et hoc de omnibus locis dialecticis 2 rethoricis que incidunt in sermone assumpto. Verbigratia. A maiori. vt ibi. Dominus angelis peccantibus non peccat. Et ergo nec hominibus peccantibus parcat quasi magis iniquis



Similiter Ahe et Sue quos propria manu fecerat non pepercit.  
Nec iude apostolo et discipulo suo. Igitur nec alijs parcat suo mo-  
do peccantibus. quia si id quod magis videtur inesse non inest. er-  
go quod minus videtur inesse non inest.

Item ex discussione verborum predicator etiam potest elicere sibi  
effectus terminorum assumptorum in themate. Donatur igitur  
istud thema. Qui se humiliat exaltabitur. Luce decimo Octavo. pos-  
sum discutere effectum istius autoritatis et dicere. Cause humilitatis  
sunt multe. Iob decimo quarto. Homo natus de muliere ideo  
cum reatu. breui viuens tempore. ideo cum motu. repletur multis  
miserijs. ideo cum fletu. Similiter per effectus viciorum et virtu-  
tum potest fieri discussio et prolongatio sermonum. Verbigratia.  
Homo enim per humilitatem exaltatur. Ideo debemus nos humi-  
liare. Et econuerso contrarium accidit. ergo debemus nos cauere  
ab illo ne nos exaltemus.

Item potest etiam fieri discussio  
verborum alicuius autoritatis.

Per quadruplicem combinationem partium copulatiuarum et dis-  
iunctiuarum in themate assumpto et hoc ex parte subiecti vel pre-  
dicati. Verbigratia. Donatur illud. Vox exultationis in tabernacu-  
lis iustorum et cetera. Possum sic discutere. Vox multiplex est in  
cordibus diuersorum et consciencijs. scilicet vox exultationis in tabernaculis  
et non salutis sed dānatis in tabernaculis peccatorum. quia hic hnt solati-  
onē suā. Et est vox salutis et non exultationis in tabernaculis peitētiū. Et  
est tertia vox nec exultationis. nec salutis. in tabernaculis dānato-  
rum. Et est quarta vox exultationis et salutis in tabernaculis salu-  
torum. Simili modo discute illud. feci iudicium et iusticiam. Alij  
faciunt iudicium et non iusticiam. Alij econuerso. Alij utrunq. Alij  
neutrum. Similiter illud. Misericordiam et iudicium cantabo tibi  
domine et fileam. et sic de ceteris quasi misimitis discute.

Tercia prolongatio potest fieri  
per rerum proprietates.

Sermo enim potest prolongari et dilatari per rerum proprietates  
ad laudes alicuius vel ad mores. Verbigratia. in psalms scribitur.



Vniuit te deus. deus tuus oleo leticie ꝑ confortibus tuis. et cetera  
Dicatur ergo sic. Conuenienter per oleum designatur gratia. q̄a  
oleum habet virtutem sanatiuam. Sic gratia vulnera anime sanat  
peccata delendo. hoc modo vsus est saluator. Mathei vicesimosecu  
do. et Marci duodecimo. In parabola de agricolis qui occiderunt  
heredem. hoc etiam modo vsus fuit Nathan propheta. ad Roma  
nos duodecimo. Istis quibus non subuenit oleum gratie. det<sup>r</sup> sup  
plicium. Similiter sicut lilium inter spinas. Lilium enim est candi  
dum et odoriferum et huiusmodi. Spina est talis vel talis. Hec  
omnia de bonis possunt exponi et in malum. de malis vt ypocritis  
et huiusmodi.

Quarto sermo prolongatur ꝑ  
multiplicationem expositionū

Siue multitudinem sensuum. Ex isto predicator attēdere debet q̄  
liter per multitudinem sensuum siue expositionum sermo valeat  
dilatari. Et est notādum q̄ quadruplices sunt sensus per quos  
sermo potest dilatari. Et ex quo vetus testamentum est figura no  
ui. propterea nouum testamentum per ipsum exponitur. Primo  
secundum sensum hystoriacuz siue literalem. Et de isto hieronim<sup>9</sup>  
loquitur. Est enim sensus literalis simplex expositio verborum. vt  
quando rem exponimus sicut visa vel gesta est. Vt in gestis roma  
norum. Vbi dicitur q̄ dauid regnauit in hierusalem. Et secunduz  
istum sensum tantum fit expositio sicut verba sonant. Secundo se  
cundum sensum tropologicum siue moralem. Et de isto Gregori<sup>9</sup>  
loquitur. Est autem sensus tropologicus quando de re moraliter  
loquimur. quo ad instructionem vel correctōnem morum mystice vt  
aperte. Mystice vt omni tempore sint vestimenta tua candida. id ē  
omni tempore sint opera tua munda. Aperte. vnde Iohannes. fi  
lioli mei nomen diligatis. non verbo tantum 2 lingua. sed opere 2  
veritate. Vel tropoloice exponimus quando illud quod est factum  
conuertimus in illud quod est faciendum. Vt sicut Dauid deuicit  
goliath. Sic humilitas deuincere debet superbiam. Et sensus iste  
alio modo dicitur moralis. quia respicit mores hominum. scilicet



virtutes et vicia. Et circa istum sensum tropologicum siue moralē  
cursus mundi introduci debet et dissuadi vicia et corrigi mores.  
Et sic conclusio debet fieri cum auctoritate a qua thema est digres-  
sum. Et sunt tres partes hominum scilicet Spiritualium Nobilium  
et Vulgarium. Propterea aliter debet fieri correctio in spūalibus  
et aliter in nobilibus.

Tercio secundum sensum alle-  
goricum potest sermo dilatari.

Et de isto Ambrosius loquitur. Est autem sensus allegoricus alie-  
ni sensus per proprium sensum expositio. Vt dauid regnat in hie-  
rusalem id est christus qui per Dauid significatur. regnat per fi-  
dem credentiū in hierusalem. id est in ecclesia militante. Et circa  
hunc sensum semper exemplandum est a simili vt cum introduci-  
tur vita christi. beate virginis. vel alterius sancti. semper suaden-  
de sunt virtutes. vt et nos similiter faciamus. Cum enim oīs chri-  
sti actio nostra ē instructio. Similiter quicquid sancti boni fecerūt  
et quicquid mali sustinuerunt totum in nostrum profectum et exē-  
plum factum est vt sequamur vestigia eorum.

Quarto scdm sensum anagorici  
cum sermo potest dilatari.

Et est sensus anagoricus quando loquimur de superioribus vt ce-  
lestibus mystice vel aperte. Mystice vt beati qui lauant stolas suas  
vt illis potestas sit in ligno vite. Ad est. beati qui mundant cogita-  
tiones suas vt possunt videre hiesum christum qui dicit. Ego sum  
via veritas et vita. Aperte vt dicendo. Beati mundo corde quom-  
am ipsi deum videbunt. Et circa istum sensum excitande 2. exhor-  
tande sunt mentes auditorum ad supernorum contemplationem.  
Et fac conclusionem cum auctoritate a qua thema est digressum.

Quinto sermo prolongatur p  
similitudines et naturalia.

Verbigracia. posito q̄ in themate vel in aliqua alia auctoritate s̄mo  
nis diceretur de dilectione dei quomodo deus sit diligendus. tūc  
predicator dilatate potest sermonem per aliquod naturale vt per  
istud naturale est omni creature suos parentes diligere. Quanto



magis ēt nos debem⁹ diligere deum ex quo naturale est nobis diligere parentes. igitur a forciori debemus diligere istū a quo parentes nostri ⁊ nos venim⁹. Etiam potest fieri prolongatio sermōis per similitudines. Verbi gratia. posito q̄ in aliq̄ parte sermōis loquatur de dilectōne p̄imi ⁊ de eius compatione. Tunc possumus assumere similitudinē ab istis irracionabilibus videlicet seroffis. Nā quādo vna clamat om̄s conturrūt ad subuendum sibi. Et si hoc faciūt aialia irracionalia. igitur a forciori nos racionales debem⁹ p̄imis nostris cōpati ⁊ ipsis subuenire tpe necessitatis. Sic sibi modo pōt sermo dilatari in alijs similitudinib⁹.

Sexto prolongatur sermo p assignationem oppositi videlicet correctionem.

Item circa assignationem oppositi dicatur quō aliqui faciūt opposito modo. id est non sicut merito deberet fieri. Nam domin⁹ de⁹ propter eius bonitatē quam nobis ostendit in creacione reuocatione ⁊ redemptione habet se circa nos sicut bonus pater ad filios suos. quia respicit nos in omnibus necessarijs et renocat nos ad se p̄ plura ⁊ diuersa. vt tantum possumus accedere ad eum ⁊ vitā eternam possidere. et hoc non facit propter se. cum em̄ sibiipsi sufficit sed ex mera bñtate propter quam merito gratiarum actiones deberent fieri. cum domino deo nihil magis displicet q̄ ingratitude. Vbi enim est ingratitude. ibi gratia accessum nō adiuuenit. nec locum habet quia merita dissipat. beneficia perdit. fontem diuine misericordie exsiccat. ⁊ dies gratie obstruit. Et sic significatio opposita habet se sub forma correctionis. et ista debet fieri in omni sermone ne mala perpetrata estimetur non fore mala ⁊ defendentur quasi licita. Item in assignatione oppositi occurrūt ista duo. scilicet confirmatio ⁊ refutatio per que sermo habet prolōgari. Nam circa confirmationem debent dici utilitates extrinsecas que secuntur possessorem rei. vel que possunt sequi si res bona in se ē. Si autē mala ē debēt dici utilitates que secunt⁹ ad ei⁹ oppositū scilicet diuersas vtutes exponēdo ⁊ habilitas ad bona opandū



Sed opposito modo circa cōfutationem debent exponi mala damna que secuntur vel sequi possunt possessorem rei. vel rem si in se mala est. Sed si bona est debent dici que secuntur oppositum rei. videlicet diuerse īclinaciones ad malum. et varia vicia que causantur inde in homine. Tandem concludatur ex his q̄ bona vel mala sit res. et q̄ sunt qui culpabiles vel commendabiles ex ipsis redentur.

Septimo dilatatur sermo per comparationes.

Item dilatate sermones per comparationes est quando in aliqua autoritate ponitur nomen adiectiuum. tunc per ipsum potest fieri discursus per positiuum comparatiuum 2 suplatiuum. et econuerso videlicet de superlatiuo ad alios gradus comparationis. verbi gr̄a. sicut scribit psalmista. Magnus es tu et faciens mirabilia. Dicatur ergo sic. Magnus apparuit deus in rerum creatione. maior in hominis recreatione. Sed maximus in sanctorū glorificatione. Similiter Mathei. xix. scribitur. Qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Dicatur ergo sic. Judas magnum peccatum habuit. quia ex auaricia magnum precium concupiuit. maius quia dominū suū tradidit. maximum quia de misericordia dei desperauit. Item d̄ superlatiuo nota exemplum. Estote imitatores d̄i sicut filij carissimi. Quia cari propter ymaginem creationis. Cariores propter precium redemptionis. Carissimi propter hereditatem celestis beatitudinis. Item ad ephesios secundo. Propter nimiam caritatem qua dilexit vos deus. et cetera. Dicatur ergo sic. dei caritas fuit apud nos magna in creatione. maior in gubernatione. maxima in redemptione. sed erit nimia in glorificatione. Similiter illud psalmiste. Accingere gladio tuo sup femur tuū potentissime. Pōt sic fieri discursus. Accincti sunt potenter coniugium seruātes. Potentiores sunt continentēs vt vidue. Potentissime sunt continentēs vt virgines. Similiter sapientie. xxxix. Potentes potenter tormenta sustinebunt. erga potenciores potencius. potentissimi potentissime tormenta sustinebunt et cetera. Item sic ad Galatas sexto. dū tempus habemus opemur bonum ad omnes. ergo ad inferiores. mediocres. 2 ad supreemos. et multa huiusmodi.



Item ita potest fieri discursus respectu diuersorum. Verbigratia ad Romanos. xxij. Dauid sedens in cathedra sapientissimus inter tres. Dicatur ergo qui sunt sapientes. illi qui habent experientiam agendorum. Sapientiores qui habent sapientiaz humanorum. Sapientissimi qui habent sapientiam diuinorum. Et sic potest fieri discursus per varias acceptiones. sicut ibi. Accepit eum simeon in vlnas suas. Dicatur sic. Simeon accepit eum in brachia. Maria cocepit eum in utero. Martha accepit eum in domum. Pater accepit eum in celum. Vel primo Mathei secundo scribitur. Intendit in preceptum legis. Sic quidam in preceptum dei intendunt per contemplationem. Quidam per sollicitudinem. Quidam per simulationem contempnunt. Quidam per emulationem. Aduerte quod ille modus pulchrior est in latino quam in vulgari. Item etiam potest dilatari sermo per varias species. Verbigratia. Iohannis. viij. scribitur. Multa habeo vobis loqui et cetera. Christus nobis loquitur tanquam iudex tanquam aduocatus. tanquam inspirator loquitur in nobis. Cum nobis tanquam doctor. et sic de similibus. Item ad istum modum aliquando multiplicantur ea que sunt ad finem. verbigratia. ad istum finem qui est permanere in peccato. diuersi diuersimode se habent. quidam proponunt emouere. quidam partim videntur confiteri. et partim non. quidam cauent se a committendis sed non agunt penitentiam de commissis. quidam de commissis penitent sed non cauent a committendis. Sumatur hec autoritas que scribitur ad Romanos sexto. Quid dicemus fratres permanebimus in peccato ut gratia habundet in nobis absit. Deinde dicatur. Quidam permanent in peccatis et cetera. ut supra dictum est.

Octauo sermo dilatatur per  
nominis interpretationem.

Videlicet quando in autoritate aliqua ponitur nomen quod habeat interpretari. Tunc potest illud interpretari ut magis intelligitur et acceptabilis erit materia. ut deus interpretatur quasi dās eternam vitam suis. Similiter israhel interpretatur quasi vir videns deum. Vel princeps cum deo aut fortis. Qui ergo vult sermonem dilatare per interpretationem nominis. Assumat illam interpre.



tationē quam ad suum p̄positum p̄sequendum viderit vtiliorē  
Si ergo in aliqua auctoritate sit hoc nomen israhel. et p̄dicatoꝝ  
facit sermonem de fortitudine. tunc p̄dicatoꝝ faciat secūduz istā  
interpretationem si gnificationem ad aliquem sanctum. Si vero p̄  
diffinitionem siue descriptionem fit. Vt beati qui habitant in do-  
mo tua domine. Subditur diffinitio beatitudinis scilicet. Beatitu-  
do est status omnium bonorum congregationum perfectus. Deim-  
de exemplificetur quomodo in celesti domo donuz perficietur. In  
cuius visione primo veritas. Secūdo perficietur affectus per frui-  
tionem summe bonitatis. Tercio quietabitur desiderium adoptatō-  
nis omnis desiderabilitatis. Ecce quomodo sermo dilatatur per in-  
terpretationem ⁊ diffinitionem.

Nono sermo dilatatur per mul-  
tipliationem synonymorum.

Videlicet quando proponitur materia querulosa. laudatiua. vel ex-  
hortatiua. Querula sic. et est verbum beati iob. Homo natus d̄ mu-  
liere. breui viuens tempore. repletur multis miserijs. Dilatetur  
per synonyma hoc modo. Homo repletur miserijs. quia p̄mit̄ an-  
gustijs. circumdatur erumpnis. molestatur aduersis. anxiatur pe-  
riculis. et sic de alijs. Laudando quoqz sic dilatetur. Vere iste  
sanctus fuit lux errantibus. lumen ignorantibus. lucerna deuiāti-  
bus. Vel si laudans aliquem virtutem dicamus. Virtus hec mentē  
decorat. animam ornat. conuersationem honestat. gratiam magnifi-  
cat. Item ad exhortationem quoqz ad imitandum exempla ma-  
ioruz sic. Emulamur bonos. Amitemur sanctos. sequamur iustos. cō-  
sideremus patrum exempla. hic vsus planus ē in psalmo. Venite  
exultemus domino iubilemus deo. et cetera. Similiter bone volun-  
tatis laudamus te. glorificamus te. et cetera. Item si istos nouē  
modos p̄dictos in memoria habueris. retinueris ⁊ frequentaue-  
ris. paucissima aut nulla themata inuenies. in quibus non incidunt  
duo vel tres aut plures p̄dictorum modorum. De quibus debes  
accipere illud quod conuenientius est tempore. loco. ⁊ personis q̄-  
bus loqueris. Pensem⁹ ⁊ has circūstancias dicit apostol⁹ ad thi-  
motheu. Omnis scriptura diuinitus inspirata est utilis ad docen-  
dum. ad arguendum et ad erudiendum. ad iniusticiam corripien-  
dum. vt perfectus sit h̄mo dei ad omne opus bonum instructus.



Nunc et de cautelis postremo videndum quales quiuis p̄dicator prouidus secum in ambone habere debet. Prima cautela q̄ nullus p̄dicator vereri debet de reuerencia exhibenda domini hiesu christi 2 gloriose virginis marie eius matris. Sic enim in exemplum q̄ legati 2 familiares principum faciūt. Dicunt em̄ dominus noster 2 princeps gloriosus. 2 quando hec dicunt inclinant se. Similiter curthysani 2 ecclesiasticum cathedralium canonici. duz bullas papales recipiunt. depositis pirretis reuerenter osculant pedes sanctissimi. Multo magis 2 a forciore nos domino nostro hiesu christo creatori 2 redemptori nostro 2 gloriose virgini matri eius reuerencia exhibere debemus. Secunda cautela q̄ nunq̄ p̄ferat p̄dicator nomē dei. beate virginis vel alterius sancti sine adiectiuo vt sic dominus noster hiesus christus gloriosa mater eius uirgo maria. et cetera.

Tercia cautela q̄ p̄dicator nihil friuole vel presumptuose in ambone attemptare debet. vt videlicet de conceptione beate virginis marie vel similibus. Sicut tamen aliqui dicunt eam conceptam in peccatis originalibus. Aliqui vero oppositum. Circa illud dicendum est q̄ magis conuenit honori 2 laudi gloriose virginis ac pie credere q̄ in talibus nō sit concepta quā friuole defendere. quia ex quo omnia deo sunt possibilis. sic sibi possibile erat eligere vas sanctum 2 immaculatum in quo voluit incarnari. Et licet doctores in huiusmodi 2 similibus aliquādo diuersimodē sentiunt. nō tamē est contra fidem. sed vbi materia fidei est ibi nullus alteri dissentit. Quarta cautela est quādo p̄dicator in ambone committit aliqua dubia vel questionē dubiosas tunc non recedat de ambone absq̄ solutione dubij. quia populus simplex scripturas distigere nesciens de sacris scripturis dubitaret atq̄ cespitaret. et ideo eo modo populus infaciatus minime est relinquendus. igitur soluat vel potius non proponat. et cetera.

Quinta cautela est q̄ vltimam sillabam cuiuslibet dictionis tam dure et integre 2 apte proferat studeat recte sicut primam. Hoc est quam dure dictionem incipit sic etiam finiat. Et sic materia magis intelligibilis erit 2 apprehensibilis. sicut etiaz lucidior in cautela sequenti precipies. Sexta cautela. q̄ p̄dicator loq̄ debz ite ḡ vba intelligibiliter 2 tractim. et p̄cipue ne vnū his vel ter dicat



repetendo vel alterando verba quia non bonus sonus .ita verba multiplicare .pmmo tedium generat et ridiculum quandoq3 audientibus .nisi propter difficultatem vel raritatem materie oportet aliquando reiterare seu repetere .et hoc propter materie maiorem impressionem .

Septima cautela .q3 predicator cum tanta maturitate se disponat et loquatur ac si de christo in sui presencia et aliorum principum et regum loqui deberet . Sic predicator diligenciam adhibere debet p posse . Ex q3 regimē 2 cura aīan . ī predicatōe cōsistit si vult facere diligenciā in principum presencia . etiam eandem faciat in presencia simplicium . vel circa oues sibi commissas cū equalis cura est animatum . Anima enim principis non est maior pauperis . Ergo predicator cum omni sollicitudine et diligencia se exhibere debet in procurando animas deo . Cum ex huiusmodi sollicitudine magnum consurgit predicatori meritum .

Octaua cautela est . q3 super omnia predicator caueat festinanciam procedendi nimis ad vltiora . qui est spiritus impellens hominē ad festinanciam . impedit loquētem et confundit loquele maturitatem 2 sensum .

Nonā cautela est continencia visus . que valde valet in predicatioe . quia obiecta mouent sensum . et per obiectum memoria naturalis dispargitur . et sic ordo memorie confunditur .

Decima cautela est . q3 ī maturis correctorijis predicator nullo modo transferat se ad specificationem . aut quem specificandum . quia equus lesus non libenter se tangere permittit in vulnus sic peccatores verentur corrigi naturaliter . quia omnis virtus naturalis et omne vicium contra naturam . secundum beatum Bernhardum De vicio perpetrato quis abhorret . qd natura a qua p deordinacionem decessit . testis est . quem . malum non agere . Sic per oppositum de virtute nullus abhorret . igitur omnis virtus est naturalis . et omne vicium contra naturam . Notandum etiam est predicatori circa triplicem statum habere correctōnem . Nam alia erit correctio spiritualium . alia nobilium . alia vulgarium .

Undecima cautela est . q3 predicator summe caueat prolixitatē in sermone . et hoc ideo ne populus incipiat attediari . et de post sermones alios vitae . Quapropter vidat predicator q3 studeat vtiliorē



et fructuosiorē materiam colligere. et eandem ad breuē et compendiosam summam redigere. ut populus eo melius poterit mēorie commendare quādo cessat q̄ predicator populū quasi insatiatum relinquat. sic q̄ libenter plus audiret d̄ tali materia. Et si aliquid de materia sua remanserit super festiuitatem aīam sequētes supersedeat. quapropter predicator hōram attendat 2 finita hōra cessat. Duodecima cautela est q̄ predicator in modo vulgarisādi non constringat se ad istam difficultatem. ut velit verba transferre eodem ordine. et tam proprie quo ponitur latinū. sed multo meliori 2 apciori modo transferat vulgare de latino. Oportet enim predicatorē aliquando iuuare matēriā. id est aliter exprimere q̄ in forma verborum ponitur. Et aliquando circumloqui. ut ibi. Omne masculinum adapperiens vuluam. Ibi non oportet ita grosse exprimere. sed pro vulua exprimere vas vel porta partus mulieris. et sic de consimilibus.

Concludendo materias predictas fratres carissimi ad vitā eternā promerendam non sufficit verbum dei. nisi quisq; studeat illd̄ etiā mente adimplere. ut effugere valeat tam horribile periculum in quo saluator noster iubet seruū inutilem proici ligatis manibus et pedibus ad tenebras extetiores. quia seruus sciens voluntatē domini sui 2 non faciens vapulabit plagis multis. Cum em̄ dominus deus p̄ apostolos sanctos et alios doctores 2 prophetas m̄didit nobis factam scripturā. p̄ quam docet nos suam voluntatem 2 viā debitam qua pergi possumus ad regnū celorum. Quia dñs noster hiesus christus in euangelio nos tanq̄ pedagogus informat. ut ad vitam eternam perueniamus. propterea studeamus illa adimplere in opere que nobis faciēda 2 imitāda esse monstrātur.

fine clauditur ars siue modus predicandi a sancto thoma de Aq̄no cōposita. necnon aliorū factorū doctorū scripturis plustrata. et si q̄s diligenter se inspexerit procul dubio in arte ista magn⁹ erit.



Restat modo formare arbozem que fit in hunc modū cum  
sua declaratione et intellectu.



**D**edicatio assimilat arbori reali. Sicut enim arbor realis procedit de radice ad truncū. et truncus in principales ramos pollulat. 2 rami principales in alios multiplicantur. Sic 2 predicatio primo ex themate tanquam ex radice in truncum id est prelocutione vel prethema procedit. Ac deinde ex prelocutione siue prothemate in principales diuisionem thematis tanquam in ramos principales. Et rami principales thematis debent ulterius per secundarias diuisiones multiplicari. id est in subdiuisiones vel subdistinctiones. et ultimo dilatari. ut patet exemplum in arboze sequenti. Cuius thema diuiditur in tres partes. et quelibet partium subdiuiditur in tria membra. et quodlibet membrum potest dilatari per aliquos istorum nouē modos supra scriptos existētes in arboze ut patebit infra melius. Deinde nota quod triplex est modus predicandi. Primus modus est assumpto themate 2 dicto dimisso procedere debet predicator ad executionem sermonis sui. Primo tantum euangelium exponendo. Et est modus antiquus sicut manifeste ostendunt omelie beati Gregorij et aliorum sanctorum doctorum. Et post expositionem euangelij transire debet ad diuisionem 2 subdiuisionem thematis et ad materiam principalem sermonis. et sic sermo positus est in effectu. Et post hec fieri debet inuocatio sancti spiritus quod talia sine adiutorio exprimere non valeat. Et quod implorat beatam virginem salutantes cum aue maria. siue per aliam inuocationem. Et modus iste est laicalis siue popularis et pulcher. quia in decretis precipitur euangelium illud audire simplicibus diebus dominicis. Secundus modus est. Themate 2 dicto dimisso. predicator transeat ad executionem sermonis sui. 2 ad diuisionem siue distinctionem themate tamen non diuiso. **Verbigratia.** Si pro defunctis acciperetur hoc thema. **O mors que amara est memoria tua.** Absque horum verborum diuisione subiungat predicator. Sciendum amatoribus mundi amara est memoria mortis propter tria. Primo propter mundum quem desunt.



Secūdo propter futurum supplicium quod acquirunt. Tercio propter  
carnis delicias quas amittunt. Ecce quomodo ex themate non di-  
uiso proceditur ad distinctionem. Et modus iste leuis est & simplex  
quia ex themate non est facta prelocutio nec introductio expositio-  
nis euangelij. Nec verborum thematis diuisio. Tercius modus et  
ad propositum nostrum. Primo predicator thema suum dicere de-  
bet in latino sub silencio. Post hoc introducere dictum unum in vul-  
gari. videlicet. Dominus noster ihesus christus det hominibus vi-  
uentibus gratiam et misericordiam. ecclesie sue pacem. nobis au-  
tem peccatoribus post hanc vitam vitam sempiternam. Deinde re-  
sumat thema per expressum in vulgari. Et post hec potest elicere  
vel recipere ex themate suo unam prelocutionem loco euangelij.  
Et istam prelocutionem potest facere per similitudines. moralita-  
tates. vel prouerbia siue naturalia. Vel aliquando etiam potest fie-  
ri ex certis autoritatibus adductis. Et ista prelocutio alio nomine  
dicitur prothema. quia ante diuisionem thematis et ante principa-  
lem materiam sermonis exprimitur. Et nota quod in prelocutione  
siue prothema non debet fieri prolixitas. vt thema cum suis prin-  
cipalioribus materijs sermonis locum exprimendi habere possit.

Item prelocutione premissa debet fieri resumptio thematis et  
diuisio eiusdem. Post hoc inuocatio spiritus sancti vt prius. Deinde  
executio membrorum per ordinem. Primo primam partem princi-  
palem thematis cum suis diuisionibus. Similiter secundam partem  
principalem thematis cum suis subdiuisionibus. Et sic similiter de tertia.  
Et facta discussione omnium membrorum tam principalium quam minime prin-  
cipalium predicator potest facere repetitionem sermonis in effectu vt  
negligentibus principijs possint scire in quo stetit sermo effectiue.

Et cum hoc attendentibus alijs. materie sermonis possint fieri  
magis apprehensibiles. Et iste modus modernis predicatoribus  
communior est. et vitijs intelligentibusque auditoribus utilis. cuius  
exemplum patet in arboze vt etiam superius tactum est.

Sequitur arbor.




Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.


Copyrighted

36,491
















































110522































1700

anno dñi millesimo quingentesimo secundo







THOMAS DE AQUINO DE ARTE PREDICANDI — c.1480











